

Perfidia contra pacem, foedera &c.

159. Punitur manifeste a Deo.

Athacoles, Tissaphernes, Theodatus, Aitiphilus Longobardorum Rex, Carolus Burgundus, alique gravissime puniuntur a Deo propter perfidiam in pacis. C. Gen. c. 34. v. 30.

Simeon & Levi vindicarunt suprum a Principe Sichem forori suae Dinæ illatum, sub specie foederis & circumcissionis omnes incolae trucidantur. An bene? imo pessime, quia perfide contra pacem foederis & connubii promissi egerunt: hinc Jacob parens maledixit eorum furori. *Maledixit furor eorum, quia peritiam, & indignatio eorum, quia dura.* C. Gen. 34. v. 25.

Hæsa Babylonica suo Domino perfidus obtulit urbem Regi Persarum. Ille capta urbe, exhorrensens crimen perfidiae proditorem inauditum supplicio permisit; nam per triginta dies quotidie opipare passum dormire non permisit. Cum inciperet dormiturus, statim præcutis simulis fodiebatur. T. num. 276.

Romani gentes in amicitiam receptas occiderunt. In hujus perjuria detestationem sanguis e scisso pane fluxit: animalia domestica ad montes & silvas fugerunt. Milites omnes cum Imp. Alvio & Pompejo victi sunt, exceptis quatuor milibus, qui ad alta montium confugientes, frigore & nive obrueverunt. T. nu. 343.

Aversio Dei erga crimen perfidiae ex eo etiam patet, quod totum humanum genus, aut saltem honestior, aut magis ingenua illius pars illud tanquam damnabile, & pudendum vitium abominetur, malique scelerum, nescio qualem, quantumque patri, quam illo se probro contaminare.

Italia grassatorum infesta, fuit e complicitibus unus capiti grassatorum amicitissimus, qui se Pontifici Pio V. obtulit, quod illum sub specie amicitiae ad vincula & carceres callide promovere velle. Sed abhorruit Pontifex tantam perfidiam etiam inter homines sceleratos, id quod Ducem illum grassatorum ea reverentia erga Pontificem replevit, ut Italiam voluntarie desererit. T. nu. 25.

Qui denudat arcana amici fidem perdit, & non invenit amicum ad animum suum. En! etiam amici detestantur infidelitatem in servandis arcanis, & sic ex amicis inimici fiunt. Imo iusto Dei

judicio reddetur illi talio, qui arcana revelavit, ut sicut ille fidem non servavit amico, sic nec amicus illi servet vicissim. C. Ecclii. 27. v. 17.

Sedecias se, suamque stirpem ac regnum evertit, quia fidem Chaldaeorum fecellit. Familia Saul extincta est ob Gabonitas, contra fidem a Josue datam casus. Saxones contra Carolum Magnum rebellantes, viso supra Ecclesiam duorum Sanctorum portento perterriti, victi ac deleti sunt. Hunni contra fidem Justiniano Imp. datam, Persis armorum supplicia tolerant, verum hanc perfidiam ipsi Persæ detestantes, Hunnos omnes cum suo Rege trucidant, &c. C. Jerem. 39. v. 16.

Irreverentia in templo.

160. Quam damnabilis sit in Christiano.

Sanctus Chrysostomus ait: *Centum & sexaginta octo horas habente hebdomada, unam, & solam horam sibi segregavit Deus: & hanc in opera servitii, & ridicula infumis: stat Sacerdos Dei orationem offerens candelorum, tu autem rides, nihil times, non contremisces, &c.* Jam Missa pulchrior est, quæ brevior. S. punct. 18. fol. 65.

Dominus Deus dicit: *Elegi domum 2. Par. 7. istam, ut sint oculi mei aperti.* Heu Domine! potius claudere oculos, ne videas jocos, risus, nutus, amores alienos &c. S. punct. 18. fol. 69.

Christus exivit de templo, cum Judæi lapides tollebant, non ideo, ut mortem effugeret, sed ut non profanaretur domus Dei. Sed frustra fugisti O Christe, quod Judæi non poterant, exequuntur mali Christianis: ait Beda: *Quot malas cogitationes, quasi tot lapides in JESUM mittit.* B. Sermon. 50. num. 15.

Sara in præsentia Angelorum ridens corripitur. Jacob deplorat se in illo loco dormisse, ubi cum tempore tabernaculum ædificandum erat. Sacerdotes idololatrarum non audebant pedem figere, ubi Dagon collapsus jacebat: Et tu irreverenter agis in templo, ubi jacent corpora Sanctorum? S. punct. 18. fol. 65. & seq.

Sacerdos vidit in templo retro altare dæmonem in grandi pergamento scribentem, cum pergamentum non sufficeret, dæmon illud dentibus dilatavit. Quæsitus autem in virtute Dei, quid scriberet, dixit se omnes præsentium irreverentias scribere.

bere, quæ grandia essent coram Deo peccata. Sacerdos monuit populum ad penitentiam, & ecce! in pergamento peccata omnia deleta sunt. E. Ecclesia n. 6.

161. Graviter punitur a Deo.

Quamprimum Rex Balthasar irreverenter tradidit calices sacros et templo, apparuerunt digiti scribentes interitum. S. punct. 19. fol. 70. & seq.

Illis, qui locis sacris debitum non detulere respectum, multa infortunia acciderunt. Paoletti Fer. 2. post Dom. 4. Quadr.

Elisabetha Angliæ Regina pro regno Scotiae Vice-Regem electura convocata Consiliarios, & inter hos etiam Comitum de Essex. Ille in suo suffragio diserebat a Regina, & cum hæc in sua sententia persisteret, verba contemptum spirantia obmurmurans tergum illi obverberit. Regina hac inurbanitate in iram concitata fontem illi alapam incussit. Atque hæc res dein continuo diffidentiam ac aversionem inter utrumque fovit, donec Comes Essexius tandem, perduellionis suspectus, capite multatus est. Theatr. Trag. Princ. Hist. 3. Si Regina hæc sustere non potuit hunc contemptum, quomodo tolerabit in domo sua Deus? Et hæc sæpe ratio est, cur Deus tibi in te, & rebus tuis varias alapas infligat; cave ne omnino gratiam tibi subtrahat, in gravi peccata labi, & perire permittat, &c.

Juvenis impurus a Cæsare Baronio admonitus, ut in templo ab impuris aspectibus abstineret, risit monita, & ausus etiam est monitori arma minari. Sed exiens e templo equum conscendit, & ab illo excussus crus fregit. Pœnituit deinde, & tota vita Cæsare tanquam Confessario usus est. J. 30.

Ecclesia Beatissimæ Virginis haud procul Avellino a peregrinis turpissime inhonoratur, & subito domus Hospitalis incendio corripitur, quo ultra mille quingentas personas misere interierunt. J. 113.

Lucifer cum Angelis suis propter peccatum æternitatem rejicitur, Adamus autem gratiam invenit. Quare? Quia Adam in terra, Lucifer autem in templo gloriæ Dei, nempe in calo peccavit, &c.

162. In templo non rideatur, jocetur, aut scandala dentur.

Sara in præsentia Angelorum ridet sortituro, & reprehenditur: Disce, quid mequentium tibi sit, qui coram Deo rides,

jocaris &c. S. punct. 18. fol. 65. & punct. 132. fol. 416.

Recedam a Sanuario meo, ait Deus: Cur vult recedere? nempe ut non cogatur aspicere risus, jocos, & illusiones tepidorum fidelium. S. punct. 18. fol. 68. 69. & seq.

Monialis aliqua post mortem frequenter apparet in choro, ibique se crudeliter puniri aëbat propter garrulitatem, qua locum sacrum nonnunquam inhonoraverat. D. 2. 14.

Multi in Ecclesia loco orationis, litteras sæpe inhonestas, aut nova relegunt, oculorum nictibus sibi invicem signacula præbent. Multi canes domesticos secum ducunt, qui dein cum aliis canibus pectulant, latrati Sacerdotem tam in cathedra, quam in altari turbant, & sua spurcicie scamna, altaria, ac vestes foudant. Sunt, præsertim et mulieribus, quæ lascivo vestitu oculos & conscientias offendunt, venientes ad Ecclesiam non tam ut precentur, quam ut videantur. Multi pixides tabacarias extrahunt, aliisque propinquant inter utrumque fovit, donec Comes Essexius tandem, perduellionis suspectus, capite multatus est. Theatr. Trag. Princ. Hist. 3. Si Regina hæc sustere non potuit hunc contemptum, quomodo tolerabit in domo sua Deus? Et hæc sæpe ratio est, cur Deus tibi in te, & rebus tuis varias alapas infligat; cave ne omnino gratiam tibi subtrahat, in gravi peccata labi, & perire permittat, &c.

Juvenis impurus a Cæsare Baronio admonitus, ut in templo ab impuris aspectibus abstineret, risit monita, & ausus etiam est monitori arma minari. Sed exiens e templo equum conscendit, & ab illo excussus crus fregit. Pœnituit deinde, & tota vita Cæsare tanquam Confessario usus est. J. 30.

Ecclesia Beatissimæ Virginis haud procul Avellino a peregrinis turpissime inhonoratur, & subito domus Hospitalis incendio corripitur, quo ultra mille quingentas personas misere interierunt. J. 113.

Lucifer cum Angelis suis propter peccatum æternitatem rejicitur, Adamus autem gratiam invenit. Quare? Quia Adam in terra, Lucifer autem in templo gloriæ Dei, nempe in calo peccavit, &c.

163. In templo non circumspectetur, garriatur, aut distractiones habeantur.

Anna Samuelis laudatur: *Cum loquebatur in corde suo, tantum labia illius movebantur.* Ecce! tantum labia: non caput, non oculi, non corpus. *Vox penitus non audiebatur.* Ecce! non multibatur, ne alios impediret: O quam longa alia sape est nostra oratio. Sanctus Chrysostomus ait: *Curasti quidem gentia, sed in deserto, non audiebatur.* Quare? Quia Adam in terra, Lucifer autem in templo gloriæ Dei, nempe in calo peccavit, &c.

Gentiles ante sacrificia alta voce precipiebant silentium: Quintilianus ait, ne minimum quidem strepitum fuisse licitum. Ideo S. Ambrosius: *An quidquam indignus est, quam oracula Divina circumhyperi, ne audiantur, -- circumsonari Divina Sacramenta confusi vocibus, ut impediatur oratio pro salute omnium de prompta, cum gentiles idolis suis reverentiam tacendo referant? Arianus addit gentilibus in suis templis ne quidem fas fuisse ruffire, serere, aut nasum emungere. Aristes in libro de septuaginta Interpretibus testatur: Ministerium Sacerdotum silentio cuncta superabat: cum septingenti fere ministrorum continuo adfuit, & offerentium libamina ingens multitudo, ne unum quidem hominum in loco versari puter; summa namque venerationis cuncta, & magna Dei pietate peraguntur. D. 4. 69.*

Sunt qui in templo confabulationibus & risu vacant, quasi non alibi detur locus nugandi opportunior. Sunt praefertim & mulieribus, quae infantes, necdum tacere gnaras, secum fumant, & cum illis per totum Missae Sacrificium ludunt. Sunt qui per omnes templi angulos, oculos circumvolvunt, attentiores ad vestimenta aliena, quam ad rem Divinam, &c.

164. Tempia non inhonorentur.

Jacob in Mesopotamiam itinerans doluit se dormivisse in illo loco, ubi suo tempore tabernaculum construendum erat. S. punct. 18. fol. 66. Quid igitur dicendum de his, qui tempore praesentium aeterni, in templo tam commode in scammo confident, ut somnum provocare viderentur, atque per integrum saepe concionem, non sine indignatione sacri oratoris ronchos trahunt, ita, ut etiam indigne ferant, si forte excitentur.

In Africa non licuit Laicis federe in Ecclesia, nec in Aethiopia, aut Abylithia, ne senibus quidem. Constantinus Magnus concionem audivit stans, & noluit federe, etiam ab Episcopo invitatus. Apud Romanos etiam in theatro non licuit federe, nisi nobilibus equestris dignitate fulgentibus. C. in Ep. S. Jac. cap. 2. vers. 3. Quanta ergo indecentia, quod Christiani per totam rem Divinam sedent, aut dormiant, quasi ad quieteandum venissent?

Quam misera temporum nostrorum fors est, dum passim templa a furibus effringi, & expoliari fere quotidie audi-

mus. Olim Heliodorus pecunias e templo auferre satagens ab Angelis flagellatus: Leo Copronymi filius ob similem culpam carbunculi morbo percussus: Petrus Arragonum Rex Tarraconensem Ecclesiam invadens a S. Thecla apparente, alapa percussus: Princeps Capuanus director bonorum Ecclesiae cecenobii montis Cassini excitate punitus: Julianus, Apostatae avunculus, ob expulsum Antiochia templum, cum suis adjutoribus miseriam morte sublatus est, &c. Quid mirum, si Principes & Magistris visis tor delictis dormiant, quid mirum, quod Dei vindicta in totas urbes & regiones laeviat? C. Josue 7. v. 25.

165. In templo non fiant compressiones, surgia &c.

Hemorrhoida retro simbriam in veste Christi tangit: Christus quaerit, quis me tangit? illa perterrefacta prociat ad pedes JESU, quia Christus examinare voluit: O quid fiet, si de compressionibus in egressu, in ingressu, in frequentatione Sacramentorum olim judicet Deus. S. punct. 132. fol. 416.

Sanctus Bartholomaeus centies de die, centies de nocte genuflexus orabat. Sanctus Jacobus callum genuum contraxit. Sanctus Stilica una hora milles decentes & quadragesies quater procidens Deum adoravit. Certum est, quod exrema reverentia nutriat internam devotionem. Quae ergo devotio esse potest apud eos, qui compressiones faciunt, scammis ut facci fragmentarii incumbunt? &c. D. 11. 89.

Qui in palatio, aut praesentia Regis rixantur, aut duellantur, amputatione manus puniuntur: quam injuriosum ergo Deo Eucharistico, ad ipsam sacram Communionem tam irreverenti compressione accedere, ac si rixae, & bella haberentur? Quondam Christus ementes, & vendentes e templo eiecit: quod mirum, quod nunc totas regiones iracundiae suae flagello, id est, fame, sterilitate, grandine, pecorum lue, bello, alitque: malis castiget. Ergo & ego faciam in furore meo, ait Deus, qualis diceret, ego pari rependam, sicut me despexerunt, ita illos disperdam: Non parces oculis meis. Excubi. 8. nec miserebor, cum clamaverint ad aures meas voce magna, non exaudiam!

Mala

Mala observatio Festorum.

166. Quam communis inter Christianos.

S. Chryso. ser. 8. de Jesura. Sanctus Chryostomus ait: *Nonnulli festivos esse dubitant, nisi gula, nisi ventri, nisi luxurie satisfecerint. B. Serm. 50. n. 15. in fine. Et lb. 9. 3. Hi tales dicere videntur illud: Quis scera faciamus omnino dies Festos. Nempe profanando illos. S. punct. 18. fol. 68. 69. &c.*

Quis non frequenter violari cernit dies Festos: rusticus currum parat ad vehenda stercora, falces acuminat, arma acuit, triticum ad nundinas, ad molendinum, ad praxatorium vehit; textor scammum textorium preparat: sartor pannum seindit: baluator venam lecat, sanguinem elicit, barbam radit: serinator instrumenta polit: faber equos unguat: feminae linteamina colligunt, lixiviant, filos lavant, domum verrunt, poma seindunt, fructus ex arbore carpunt. Et quando hec omnia? in die Festo.

Judaus navigans in summo periculo naufragi propter Sabbatum nec manum movere ad laborem. Alii, quos Baronius nominat Dositheos, tam superstitiose observant Sabbatum, ut in eodem corporis situ sine omni motu perseverent. D. 1. 11.

Percurrat quis orbem Christianum, & certe videbit, quod diebus Festis inter Nobiles & ignobiles, inter cives & rusticos, inter viros & feminas in civitatibus, oppidis, & pagis, in domibus & plateis, in conviviis, lusibus, jociis, cachinnis, in visitationibus, ambulationibus, hospitibus & choreis, in conversationibus, occasionibus, & periculis, longe major & dissolutior sit insolentia, quam diebus feriatis: dubium est, an non die Dominica plura, quam per totam septimanam, committantur peccata? &c.

167. Detestabilis coram Deo.

Solemnitates vestras odicit anima mea, ait Deus, quare? quia nunquam magis saltatur, ridetur, luxus, & luxuria propagatur, quam diebus Festis. Convertam solemnitates vestras in ludium: ubi Gregorius: in lectum convertuntur, cum pro peccatis, quae in ipsis committuntur, homines aeternaliter puniuntur. S. punct. 19. fol. 70.

Olim cum deprehensus quis fuit ligna colligans, in die Festo, debebat lapidari: Chryso. ait: Qui onus peccatorum col-

D. Claus Spicil. univ. Part II.

ligit, quid sustinebit: qui ligna ad inferni rogam comportat, quid timebit? S. punct. 19. fol. 71. punct. 18. fol. 68. seq.

Christus in cruce pendens multa corpore, plura animo passus est: inter alia fuit, quod nunc crucifigeretur, dum Judaei diem Festum agunt. Sic in Festis Christianorum adhuc frequentissime crucifigitur Christus, &c. S. punct. 27. fol. 67.

Daemon suum lucrum maxime consequitur in Festis, ibi animas colligit, sicut suas elemosinas. M. conc. 22. afl. 2. n. 7.

Nulli dies magis inhonorantur peccatis, quam Festi. Cum igitur Deus praecipit: *Nolite portare pondus in die Sabbati: quam iniquum est, ut quis portet pondus maximum peccati, quod Angelos de celo depreffit. Segn. Hom. Chr. p. i. dif. 11. n. 12.*

Panctur furta minuta & gravia: gravia sunt rariora, quia remordent conscientiam. Minuta autem non curantur, etiam si multiplicentur, quia putantur esse levia. Sic fit cum diebus Festis non inhonorantur aperte maleando, tritrandis, arando: verum leviori labore frequentius corrumpuntur; unde fit, ut sicut per furta minuta tandem fit gravis damnificatio, ita per labores minutos tandem fiat gravis diei Festi violatio! &c.

168. Festi inhonorentur laboribus.

Judaei accuratissime observabant Sabbata: Non praeparabant cibos, non colligebant Manna, non lignum tollebant de fumo; fuit enim aliquis lapidatus, qui visus est ligna portare; non ramum decerpabant ab arbore, non excitabant focum, non emebant aut vendebant, non iter faciebant, non aggrediebantur hostem, &c. D. 3. 49. Quid igitur censendum de Christianis, qui dies Festos absque reverentia varis laboribus inhonorant? Paoletti Fer. 3. post Dom. Passionis.

Festa a Deo & Ecclesia instituta sunt unice ad curandam animam, quare cum S. Paulo dicendum est: *Rogamus vos fratres, i. Thess. ut vestrum negotium agatis*, cetera negotia seponenda sunt, & unice negotium animae curandum. Segn. Hom. Chr. p. i. dif. 11. n. 6. Quis autem credat, Christiani in diebus Festis occupant se profanis negotiis? si Mundus praecipere quietem, & Christus laborem, laborandum est, nunc cum vice versa Christus praecipit quietem, laboratur: sic Pharae fecit: eo tempore, quo Israelitae debebant sacrificare, praecipit eis: *Ita ad opera vestra*. Sic Mundus Excubi. 8. & daemon agunt. lb. n. 7.

S 3

Deus

Deus & Ecclesia volunt, ut die Festo animæ curam habeamus; hinc operum servitium impedimenta prohibentur; quia animus duabus rebus simul non potest esse intentus. Hoc ipsum dicit *sanctificare*, nempe ad cultum Divinum applicare: sicut cervi excutunt cornua, ut expeditius ab hoc onere liberi fugere possint: sic nos debemus abjicere negotia secularia. P. Hom. Chr. part. 7. disc. 11. nem. 13.

Quis diabolus inventor est præparationum, ut vocant, pro die Festo? Sic Sartor præparat pannum, Sutor præparat corium, Scribarius præparat lignum, Faber præparat malleum, Pistor præparat furnum, Pisciores præparant colores, Præparatores præparant hordeum, Rustici præparant semen, Hortulani præparant palas, Aurigæ præparant cursum axes, Lotrices præparant lixivia, Netrices præparant fila, & hæc omnia in die Festo, sine remorsu conscientie, quia putant esse licita, &c.

169. Punitur graviter a Deo.

Mulier die Festo crines pectinabat, & manus illi pectini accrescunt, donec tandem apud sepulchrum S. Gregorii liberata fuit. Quidam ligna sindebat, & ecce ascia illi immobiliter manus adhaesit, donec peccatum suum S. Manilio confessus est. Alius famulos ad tritum cogens, tribus annis excæcatur. Sanchez part. 7. c. 4. fol. 988.

S. Aichardus Abbas, cum die Dominica crines radi permitit, videt dæmonem, qui capillos omnes sedulo colligebat. R. cent. 2. part. 1. mir. 37.

Quæ causa est tempestatum, grandinum, sterilitatis, aliorumque malorum, quam profanatio Festorum? hinc omnes Republicæ puniunt violatores Festorum. Segn. Hom. Chr. p. 1. disc. 11. n. 11.

Nobilis in Germania dies Festos venationibus inhonorebat, cui in pœnam uxorem peperit cum capite canis venatici & auribus oblongis. Quo viso errorem ille correxit. E. Festum: num. 1.

Pistor in die Dominica pinsere solitus panes, dum e cibano panem extrahit, illum sanguine fluere conspicit. Ceteri autem panes qui ante, vel post Dominicam fuerè impositi, nihil tale prodigiosi habebant. E. Festum n. 7.

Cum Iones quidam diebus Festis sub officio Divino carnes venderent, moniti a curione quidam respuerunt, unus

vero obstinacior in pessima consuetudine perseveravit. Verum Deus eum adeo punivit, ut Festis Pentecostalibus fulmen in ipsius domum deciderit, tanto cum terrore, ut ille ad insaniam fuerit reductus. E. Festum n. 8.

Mulier Lutherana in Festo Assumptionis B. V. balneum sibi parabat: & ecce domus illius integra conflagravit, lignis, quæ ad balneum comportarant, intactis. E. Maria n. 49.

Epidaurius quidam in ipso Nativitatis Dominica Festo, contra suasionem aliorum navim solvens, naufragium facit, submersis omnibus quos vehebat. J. 9.

Quidam agrum arans monitus est, esse Festum S. Andrea Apostoli: at ille: Quid ad me iste Apostolus cum suis picibus. Et ecce! semen agri nil aliud protulit, quam inanes aristas cum tunicis piscem redolentibus, cum tamen ceteri agri circum circa elegantissima segete fecundi apparerent. J. 125.

Mulieris pinfentis panem manus celesti igne adurit. Joannes Castella Rex venationibus vacans die Festo ab equo oberitur. Molitori molam rescienti instrumentum manus ita accrevit, ut nulla arte potuerit separari. Aurifaber Gentilis Dominica die laborans a Thebæis Martyribus verberatur, & sic Christianus fit. C. Num. 15. v. 34.

Apud Prophetam Aggæum hæc habetur: Respexitis ad amplius, & ecce factum est minus: & intulit in domum, & exussit illud: quam ob causam, dicit Dominus exercituum? quia domus mea (Ecclesia) deserta est, & vos festinatis unusquisque in domum suam. Propter hoc super vos prohibiti sunt cali, ne darent rorem, & terra prohibita est, ne daret germen suum. Ecce! quod quis temporis Deo suffuratur, & labori impendit, non prosperatur, sed nocet.

170. Festa inhonorantur peccatis.

Viderunt eam hostes, & deriserunt Sab-
bata eius. Id est, dæmones viderunt Ecclesiam, & deriserunt eius Festa, quia multis peccatis inhonorantur. *Hostes Sabbata derident*, ait Sanctus Gregorius: cum maligni spiritus per vacationis otia ad illicita pertrahunt.

Colligens ligna in Sabbato lapidatus est: Ubi S. Chrysostomus: Si ligna colligens in Sabbato lapidatus est, quæ multa graviora illa collectione operatur, & unus peccatorum colligit, quid non sustinebit? Chri-

Christiani a scopo Festorum turpiter aberrant, qui Gentilium more a labore abstinent, & luxui vacant. S. Hieronymus ait: Nobis sollicitus providendum est, ut solemnem diem non tam ciborum abundantia, quam spiritus exultatione celebremus; quia valde absurdum est nimia fatietate velle honorare Martyrem, quem scias Deo placuisse jejuniis. C. Lev. 23. v. 2. Ethnicus Antisthenes rogatus: Quid est Festum? Respondit: Est quæ irritamentum, & luxuria occasio. Ibidem.

S. Gregorius ait: Quid prodest interesse Festis hominum, si contingat deesse Festis Angelorum. C. Lev. 23. v. 21.

S. Stephanus Episc. Diensis contra peccata, & profanationem Festorum diu de cathedra detinuit, sed sine effectu. Præcepit igitur dæmonibus, ut sub ea forma apparerent, sub qua homines ad profananda Festa incitarent. Apparuerunt terribiles, & emendatus est populus. N. 7. Sept.

Superstitiones.

171. In morbis non adhibende.

Asa mortuus est, quia spem suam in medicis posuit: Quid illi fiet, qui ad ariolos, pythonissas, & Deum Accaron confugit? S. punct. 29. fol. 127.

Mulier Chanana ad Christum fugit: Ubi Gregorius: Vide mulieris prudentiam, non irit ad homines seductores, sed recurrit ad Dominum. M. conc. 9. in Exord. n. 1.

S. Chrysostomus putat, per illa phylacteria, quæ Christus in Phariseis improbat, significari quasdam schedas conservatoris sanitatis, quæ illum effectum minime habere poterant. Plutarchus ait: Qui periculosissimi agritudinibus consistuntur, cum deficiunt alia remedia, -- ad iustitiam, ad amuleta, ad somnia confugiunt. Idem affirmat Tertullianus de Græcis, quod chartas quasdam obscuris characteribus signatas, quas periapta, vocabant, e collo gestare sint soliti. Imperator Antonius Caracalla severe prohibuit ejusmodi amuleta, multo magis SS. Patres dnmant eos, qui talia vana remedia conficiunt. S. Basilus in Psalmum Deus noster refugium deplorat, quod Christiani neglecto Deo ad hujusmodi superstitiones artes confugiant: Nam si puer agrotat, quavis incantationem, aut eum, qui collo circumligat supervacuos aut inanes characteres. O quanto eum damno anima-

rum! quippe a diabolo hoste infensissimo nil boni sperandum est. D. 4. 79.

S. Chrysostomus in illas matres, quæ tollenda perorum fascina cinerem, fuliginem, falem, aut vetulas usurpat, graviter invenitur, illisque suadet signum crucis. D. 6. 44.

Sanctus Bernardus, cum gravissimis capitis doloribus laboraret, & ad eum vetula vocaretur, ut eum rhythmis & incantationibus sanaret, aufugit, & ea nocte a Deo sanatus fuit. Sanchez part. 7. c. 4. fol. 977. E. Incantatio n. 2.

172. Usurpantur in observatione somniorum, aut rerum vanarum.

Non augurabimini, neque observabitis *leo. 19. somnia*. Protagoras Philosophus putabat nullum esse somnium sine augurio: sed falso; somnia enim pure oriuntur ex operatione phantasia, cujus imagines plus observationis, & significationis non habent, quam figuræ, quas nonnumquam videmur nobis cernere in nubibus. *Ubi Eccl. 5. multa sunt somnia, plurime sunt vanitates, &c. D. 2. 6.*

Estne possibile esse ex Christianis, qui felicitatem suam a malo dæmone sperant? Est utique! tales sunt, qui, ut ludo vincant, ut ponsam quam optant fortiantur, ut hostium tela eludant, non veniunt Argis actibus uti: schediata perigrinis characteribus exarata, præcandi formulas mendacissimis promissis refertas, aliaque res profanas sacris permixtas adhibent. Cum enim res istæ vitæ nullam habeant ad producenda opera, quæ ipsi moluntur, superest, ut adhibeantur non tanquam causa, sed tanquam signa, quibus positus dæmon illa effecta producit. Nec refert his formulis pia, ac Religiosa quadam admixta esse; sicut enim viperæ non omni ex parte sunt venenosæ; ita hæc signa satis nocent, quod aliqua ex parte sint diabolica, &c. &c. P. p. 1. disc. 4. n. 19.

Juvenis post decessum patrimonium invocat opem dæmonis: apparet iste, ac juvenem in cryptam supererancum ducit ad effodiendum thesaurum. Quid evenit? juvenis insolito horrore percussus intra triduum est mortuus. A dæmone nil boni sperandum. P. part. 1. disc. 1. num. 20.

Mulæ per media supersticiosa fanitatem corporis querunt; sed male! quid enim boni sperandum a dæmone? Porrigit pomum, & surripit Paradisum. Legitur

modicum bonum, & dein irrogat grande malum. Peccatum fuit causa omnis mali in mundo, demon vero fuit occasio: quis igitur speret, quod nunc peccatum demoni junctum aliquid boni in aedes inferat? &c. P. p. 1. disc. 4. n. 21.

Dices, in Sacra Scriptura inveniri multos, qui superstitionibus, & vanis observationibus fuit usi: sic Jonathas de Philistinis invadendis deliberrans ajebar ad suos: *Si dicunt, ascendite ad nos, ascendamus; quia tradidit eos Dominus in manibus nostris.* Gedeon ex somno Madianita captivum omnem victoriz. Clodovus Rex castra movens contra Gothos misit Titonem ad S. Martinum, cumque Legati templum ingressi audirent has psallentium voces: *Præcixisti me virtute ad bellum, cum hoc victoriz captato omine regressi sunt.* Respondeo: Hæc omnia fuisse instituta a Deo datos comprobavit eventus: Econtra supersticiosum fuit omen Nabuchodonosoris, quo dubitans, an Ammonitas vel Judæos invadere deberet, duas sagittas sumpsit, & uni inscripsit *Rabbath*, alteri *Hierusalem*, dein unam caecæ educens, eique inscriptum videns Hierusalem statim contra eam perrexit. Simile omen fuit Philistinorum, qui ex itinere vaccarum Arcam Dei trahentium conficere volebant, an plaga eis immissa fuisset a Deo, aut casu obvigilasset. C. Gen. c. 24. v. 13.

173. Infelices & deceptorie sum.

Duo pessimi Studiosi a Necromanta perierunt, ut sibi effectum suæ artis ostenderet. Ille Studiosos in campo, facto circulo includit, cumque unus manum extra circulum extenderet, raptus a dæmone, vatum cum Studiosi Necromantæ mortem mintarentur, resitutus est, sed rotus macer, pallidus, & miser. E. Incantatio num. 1.

Quidam Frater cuculum viginci duribus vicibus glociantem audiens, spem concepit se viginti duobus adhuc annis victurum; proin statuit redire ad seculum & duobus ultimis reverti ad penitentiam. Sed tantum duobus annis vixit: sic diabolus decipit. E. Verbo *Apostata* num. 7.

Mulieri oculorum livor sanatur per schedulam cui inscriptum erat: *Diabolus eruat tibi oculos.* Quidam studiosus omnes feras effringit per schedulam in qua erant verba: *Jonnes est nequam* (ita vocabatur) quid inivit? E. Incantatio num. 3. 4.

Christo Domino in Excelsum montem abrepto promisit diabolus: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me! Quota! Malignus spiritus promisit, quod non erat in illius potestate, unde enim illi convenit dominium & proprietates super omnia regna mundi? Ergo mendax decipit! Sed ponamus, quod totum mundum sibi proprium haberit. Quæro, vel promissa hæcenus hominibus data servavit, vel non? si non; quomodo tu fidem ab illo deceptore sperare poteris, quam aliis non servavit? si servavit; jam non amplius habet totum mundum, adeoque hic & nunc mentitur. En! quomodo fidem sperare poteris in superstitionibus?

174. Sunt disingenter cavenda.

S. Chryostomus contra superstitiones s. Chry. tom. 2. tit. Ep. 1. dicit: *Multi genituram sibi Ep. 1. dicit. construunt, multi observant inanes superstitiones, & omnibus, signis, auguriis servium, alii amuletis & excantationibus utantur, multi dies observant, ingressus, egressus, si pes offendit, &c.* Imperator Augustus cum conscendendo navim pedem impingeret, tanquam funesto omine reverfus est. Antiqui cum sternutabant, inceptum negotium bene cessurum putabant. Quidam Princeps, cujus honoribus ejus insignia floribus humi effigiebantur, trislatur tanquam malo omine, familiam suam humi collapsuram, &c. Nuga hæc sunt Christiano indigna. D. 3. 4.

Gentiles in Achaja solebant suas necessitates idolo clam in aurem dicere, dein e delubro exeuntes observabant prima verba; que ab obvio quoque audiebant, & hæc verba erant ipsi inslar responsi ad suum dubium idolo factum. Cæsar Augustus erat vanis observationibus deditus; ad pugnam progressus obvium habuit aganem, cui nomen *Euryphius* (id est felix) & nomen asino *Nyxon* (id est vidor) statimque victoriz auguria cepit. De illo ait Suetonius: *Auspicia, & omnia pro certissimis observabat: si manus sibi calcæus perperam ac transisset pro dextero induceretur, ut divum; si terra marive ingrediente forte rorasset, ut lætam prosperi reditus nuntium habebat.* D. 4. 33.

A dæmone hoste insensibilissimo nil boni sperandum est: juvenis quidam a mago Bizantium equo deponatur, sed ita convulsus ut per aliquot dies agrotaricem maluisse credudo pedes iro, quam uno quatuor

quasi momento cum tantis doloribus illuc vehi. D. 4. 79. in fine.

Imperator Valens Ariolos, & Pythones imo & Philosophos necesse multitari præcipit: Quidam fortilegi ex aviditate sciendi, quis Valenti in regno esset successurus, per artes magicas explorarunt successurum aliquem, cujus nomen inchoaret per litteras *Theod*; omnes itaque quorum nomen per eas litteras inciperet, capite plesti iusti sunt. Valenti autem successit Theodosius, &c. D. 9. 24.

A dæmone neque beneficia acceptanda sunt; quia semper malus finis delitescit: S. Elphegus Episcopus e catenis & carcere educitur, cum autem Deus illi revelasset, id a malo dæmone factum esse, ultro in carcere reiiit. Sanchez part. 7. c. 7. fol. 1028.

Cornelius Agrippa Magus commensalem habuit, cui sua curiositas caro stetit. Agrippa quadam vice profectus, uxori claves mæsei tradidit addita prohibitione, ne quem ingredi sineret. Ac commensalis Agrippæ non desitit mulierem deprecari, ut sibi Musæum ingrediendi copiam faceret, donec id impetravit. Ingressus incidit in quemdam libellum conjurationum, eumque legit. Mox ecce fit pulsatio ad janam, & nil respondente inexpecto juvene dæmon ingreditur, queritque cur vocatus sit? quid fieri jubeat? Adolescenti metus vocem, dæmon fauces intercludit. Rediit interim domum Archimagus Agrippa, videntes utique exultantes super eam dæmones utique solitis artibus conjuratoris: adsum vocati, narant rem, prout gesta fuit. Agrippa mandat homicidæ, ut cadaver ingressus forum aliquoties obambularet, tandemque corpus defereret. Quod & factum est. VV. art. disc. font. 16. Ex. 7. Ex hæc historia potest tria colligere, crudelitatem, infirmitatem, & fallaciam dæmonis: crudelitatem; quia improvidum juvenem jugulavit: infirmitatem; quia oculum revocare non potuit: fallaciam; quia cadaver ingressus populum veri juvenis specie decipit. Et sic aliquid, qui per superstitiones a dæmone quidquam boni speret:

Veneficia.

175. Puniantur debitis suppliciis.

Cum Enguerrandus regni male administrati accusaretur, eius uxor veneficum, & veneficam in opem vocavit: illi effugium Ludovici X. & Caroli Valenti & cera factam ad ignem appoverunt, quo uterque sensim emori debuisset, sed

venefici deprehensi & ille laqueo, & illa igne puniti sunt. F. p. 3. l. 6. fol. 193.

Beatus Engelbertus cæcus fuit natus: in domo, ubi habitabat, aliquando duo fures totam familiam magicis incantationibus sporabant, dein facto per murum foramine domum exspoliare contendebant: B. Engelbertus auditu tumultu excitare facit famulam, sed incassum; igitur arrepto fuste, quantum poterat, per tenebras digladiabatur, ut fures repelleret: & revera repulit. Fugientibus furibus necdum expergeracere poterat domesticos, donec per tenebras costam humanam in illo foramine invenit, & amovit, &c.

Quidam fures nocturni in aliqua domo noctu hospitari rogabant, suscepti in aedes domesticis cubitum dilapsi, e re culis extrahere humanam manum, cujus digitis accessis omnes in domo sopore exercebant. Vigilabat una ancilla, cui fures erant suspensi; cum igitur unus digitorum audere nosset, illi nihil minus confodales extra domum præstolantes nota voce accerebat. Ancilla volens excitare domesticos, non poterat illis sonnum excutere, suspicata igitur rem ut erat, currit ad extinguendum mansum, & subito dormientes omnes evigilant, furesque capti ad supplicium rapti sunt. D. 5. 15.

Quamquam autem dæmon ejusmodi impossuras faciat, non potest tamen sagas substantialiter transmutare in lupos, bufones &c. quia id fit turbatione phantasia, vel illusionis &c. VV. artic. disc. font. 55. ex. 1.

176. Nocere non possunt Christianis.

Cyprianus Magus non potest pervertere Virginem Justinam croce signatam: causam a dæmone interrogans audit: *Nullam artem illi processuram adversus eos, qui vere Christum colerent.* Qua re Cyprianus conversus, & Martyr factus est. Laetantius ait de gentilibus: *Cum Diis suis immolant, si assistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant.* &c. D. 4. 25.

Simile quid legitur de S. Anatolia Virgine & Martyre: cum Nobilis quidam, nomine Audax, Magicæ arti addictus immanem contra illam serpentem armarret, serpens pepercit Virgini, & Magi Audacis collum invasi. Perissit ille, nisi Anatolia Virgo, anxillitricem manum illi sancta cruce auxiliasset. *Annus Sacer, N. & alii 9. Julii.*

Sanguis in postibus signatus in modum littere seu signi Tau fuit testera, quae liberati fuerunt Hebraei in Aegypto ab Angelo interfecitore. C. Exod. 12. v. 12. Christiani per sanguinem Christi redempti, in Baptismate alisque Sacramentis cruce signati sunt, & quotidie signantur; igitur securi sunt, praesertim si a peccatis abstineant, ab Angelo malo, ejusque amannentibus & affectis.

Julianus Apostata cum magicis incantationibus faceret, apparentem sibi habuit terribilem daemone: terribis repetebat signum crucis, quod apud Christianos dicerat, & daemone disparuit, magis ac veneficis nihil porro efficientibus. D. 4. 26. Si crux tam efficax fuit pro rebellibus Deo & infido Principe, quantum proderit Christiano fidei ac pio!

Afinus S. Reguli a daemone invadendus, pede in terra crucem format, & sic daemone in fugam agit. E. Crucis signum num. 7.

PECCATA CONTRA VIRTUTEM
SPEI.

Prasumptio de Misericordia Dei.

177. Quo diuturnior eo punibilior.

David de Deo inquit: Arcum suum intendit: Sagittarius quanto magis sagittam retrahit, tanto magis pavus ferit; S. Gregorius ait: Eo acrius punit, quo diutius perit. B. Serm. 10. per totum. Serm. 51. §. 8. S. punct. 27. fol. 120. Vide Titulum: *Justitia Dei.*

Peccator sibi de Misericordia Dei omnia facta praesagit, sicut Vir ille, qui ut insaufa Astrologorum prognostica eluderet, Globum caelestem ex gypso sibi confici curavit, & in eo semper ea sidera conjunxit, quae benignissima esse inaudierat: sic peccator somniat meras lyderum combinationes sibi faventes: & dein repente a causa non praevisa morte obruitur, &c. P. p. 1. disc. 5. n. 25.

Definant praesumptuosi cantriam illam sibi familiarem occinere: *Miserationes Dei sunt multae! Deus non condidit Christianos, ut eos aeternum damnaret, &c.* Vera sunt ista, sed male intellecta: Nec Machometanus Deus condidit ut damentur, damnatur tamen! Qui Statuas sculptur, non cum in finem ligna in sylvis cadunt, ut ea concrement, siquis eam truncos artificis manibus contumaciter resistit, in formacem projicitur, non

culpa ligni, sed intractabilitatem illorum nodorum, quosartifex in eo reperit. Sic Deus damnat culpas inexpugnabiles illius obstinationis, qua peccator Deo resistit. *Perditio tua ex te Israel. P. p. 1. disc. 5. n. 26. &c.*

Phariseus superbe in templo orans: Deus gratias tibi ago, quod non sum sicut ceteri, reprobus est, quia praesumptim disponere de Misericordia Dei, & Publicanum fastuose despexit, &c.

178. *Peccasse confidit sibi licitum fore quod aliis.*

Oza percussus est super temeritate: qua illa? Theodoretus ait: *Hoc eum fecellit, quod sic emissa ab alienigenis nemini nocuit: Nimirum vidit Oza, quod Philistaei arcam plautro impositam remiserint, hinc & sibi licitum esse credebant arcam imponere curru, quam humeris debebat portare. Sed mortuus concidit.* B. Serm. 10. n. 33.

Pharao rubrum mare ingreditur, quia praesumptim, etiam sibi viam inter aquas perviam fore, sicut Israelitis; sed perit. B. Serm. 12. num. 4. Serm. 13. n. 9. & seq.

Pistor Pharaonis suspensus est, quia confidit suum somnium etiam ita benigne expositum iri sicut pingema. B. Serm. 49. n. 14. seq.

Peccatores identidem sibi Misericordiam Dei ante oculos ponunt amore proprio excecati, justitiam autem nolunt respicere: *Pater julle, Mandus te non cognovit.* Non dixit Christus, Pater Misericors, Pater Omnipotens, sed *Juste*; quia nullum attributum minus cognoscent homines, quam justitiam: velint sentire, quod velent non experiri: Elephas cum semitam angustam transire debet, retrogradus it, ut praesentis periculi metu non confertur: sic peccatores gressum promovent, &c. P. p. 1. disc. 5. num. 29.

Aegrotus haecia, seu Phthysilaborans, cum audit hydropticum per medicinam purgativam fuisse sanatum, eandem positionem sibi preparari iussit, & haesit: verum quod primo profuit ad sanitatem, istum promovit ad mortem. Idem contingere potest in aegritudine spirituali animae, quod uni prodest est Misericordia Dei, alteri nocere potest est justitia Dei, &c.

179. *Remedium salutis convertit in suam perniciem.*

S. Isidorus ait: *Per id deteriorantur iniqui, quod per patientiam Dei spatium accipiunt emendandi.* B. Serm. 12. n. 4.

Sandus Gregorius: *Incessum misericordiam sperat, sicut etiam justitiam timeat, incessum justitiam metuit, si non etiam de misericordia confidat.* B. Serm. 51. §. 8.

Non est medicamentum adeo excellens, quod non ex vicio Romachi verti possit in venenum: ita quamvis Misericordia Dei optimum sit peccatricis animae medicamentum, tamen praesumptuosis cedit in venenum &c. A. 1. lect. 3. n. 1.

Peccatores gloriantur: *Peccavi, & quid accidit mihi triste.* Ex longanimitate Dei sunt audaces; si enim ad primam blasphemiam lingua foede intumuisse, si ad primum furtum manus aruisset, si ad primam lasciviam caro lepra fuisset infecta, jam non darentur blasphemii, fures, & lascivi. Sed quoniam Deus pareit, pergunt illi in sua impietate, & ideo perseverant esse mali, quia Deus bonus est. *Segn. Manna 22. Junii n. 1.*

Quid est Dei gratia, quid est insignis scientia in re etiam morali? sunt efficacissima remedia ad salutem. Verum nemo putet, se in utraque ita crevisse, ut cadere & perire non possit; ait enim S. Augustinus: *Nulla praesumptio perniciosior, quam de propria justitia, aut scientia superbire.*

Elegantissimo sterculo insidet tam apicula quam aranea: illa dulcissimum mel, ista nocentissimum venenum ex eo fugit; quia sunt diversissima indolis & naturae. Ita Misericordia Dei peccatori contrecto, quia pie illa utitur, prodesse potest ad salutem, peccatori autem praesumptuoso, quia illa impiiabitur, cedere potest in interitum, &c.

180. *Corrigitur intuitu Justitiae Divinae.*

Misericordiam, & judicium tuum cantabo tibi. Ubi Hieronymus: *Audiant cautum misericordiae peccatores, qui de sua salute desperant: Audiant canticum justitiae peccatores, judicii contemptores, &c.* B. Serm. 49. §. 4.

Aegroti interdum somniant se mel lingua lambere: & hoc somnium habent Medici pro pessimo omine. Parem in modum peccatores semper mel in ore circumferant, id est, Misericordiam Dei

laudant. Hi in maximo periculo versantur; hinc spiritualis Medicus ipsis antidotum praeparat, ante oculos ponendo Justitiam Dei. P. p. 1. disc. 5. n. 1.

Cur Dominus Deus saepe animas a gravissimis tentationibus, aut ipsam etiam peccatorum labi permittat, causa est, ut ordinem Justitiae Divinae agnosceret, & timere discant, quae praesumptioem & superbiam ita castigaret solet: *Pia Conditoris dispensatione agitur, ut de se confident anima tentatione pulsetur, ut praesumptionis propria fastum deponat, verba sunt S. Gregorii.*

Qui mare pernavigant, non tantum faventi, ac serenae, sed etiam turbidae, ac periculose tempestati se parant, ideo de funibus, anchoris, & finitimis insulis sibi prospiciunt. Ita Christianiani in hoc vitae itinere non solum Misericordiam, sed & Justitiam Dei respicere debent. Ponat sibi ante oculos non tantum eos, qui post multa peccata conversi & salvati sunt, sed etiam illos, qui post diuturnum Dei servitium defecerunt, & perierunt, uti Origenes, Terullianus & alii, &c.

Desperatio.

181. *Est peccatum omnium gravissimum.*

UTro peccato gravius deliquit Judas Deum vendendo, aut desperando? Respondet Hieronymus: *Magis offendit Judas Dominum, quia se suspendit, quam quia Dominionem prodidit.* Serm. 10. nu. 12. Per venditionem enim solum offendit Christi humanitatem, mortalem utique, & morti obnoxiam. Per desperationem autem offendit Divinitatem, quae negavit perfectionem, quae est super omnia opera ejus, nempe Misericordiam.

Deus est infinita Bonitas, qui Deo Bonitatem negat, Deum negat: Audi S. Augustinum: *Cum Deus velit misereri, si quis, quia bonus est, & possit, quia Omnipotens est, ipse contra se bonitatis sanuam elaudat, qui Deum sibi misereri aut non velle, aut non posse credit, cumque aut bonum, aut omnipotentem esse diffidit.*

Magnam Deo injuriam facit, ait Sanctus Chrysostomus, qui de Misericordia ejus diffidit.

Sic aegrotus, quamdiu malo suo remedium, & valetudinem sperat, abstinet a cibis nocivis: cum autem viderit insanabilem se esse, jam nihil gustui negat, quod libet. Ita peccator, dum meditatitur peccat,